


1511.

Sigismundus I. Rex Poloniae,  
Joanni Lubranski Episcopo Po:  
Inauiensi.

191

Quide. Habemus in memoria nos  
ad petitionem Paternitatis vestrae  
jus conferendi pro una vice ad Custo:  
dian Plocensem illi dedisse, et Do:  
mino Archiepiscopo cum ex Urbe ro:  
dierat. Nos similiter et diligentissime  
petenti jus, vel expectationem qua:  
dam, ad eandem custodiam contulisse,  
rati secundam donationem, priori  
efficere non debere, nihilque posthac  
uni aut alteri parti subsidij dedimus,  
eumque libenter videbimus hujus be:  
neficii competentem, qui juris ad illud  
ea concessione nostra plus habet.  
Nam vero id alicui mutabilitati ju:  
ste ascribere poterit quod fit, quod  
nos in talibus petitionibus, quibus pro  
beneficijs vacantibus, et non existen:  
tibus adhuc in libera dispositione  
nostra fatigamur, presentim a Con:  
siliarijs nostris, quos non libenter  
ab audire solemus, nam et ab alijs  
qui beneficia conferre habent, id  
vulgo, et sine indecentia fieri  
videmus, alioquin si cui quidpiam  
conferimus, quod per vocationem

venit





181  
venit in nostram potestatem licet  
variatio necesse sit a jure in benefi-  
cijs Ecclesiasticis, tamen id mutare  
non consuevimus. Quod tamen nos  
non nisi importunis precibus victi  
facere cogimur. ~